



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

97 Parochiales ecclesiae ordinis Hierosolymitani, praevio examine, coràm
Episcopis sunt conferendae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Auditori, quibuscumque conservatori-
bus in dignitate Ecclesiastica constitutis
electis, & eligendis, coram quibus de-
tentores sunt vocandi, quia nemo sua
possessione privari potest, nisi prævia ci-
tione, cum non sit de mente Pontificis,
ut quis removeatur à possessione sine
causa cognitione. Innoc. in cap. I. num.
4. de concess. præb. in 6. & Felyn. in c. s. n.
24. de præsump. sed tamen possessores re-
gula de annali, vel triennali juvari non
possunt, quia illis fuit derogatum cum
decreto irritanti, & clausula, sive in
præmissa, &c. ac sublata, &c. que
removent omnem facultatem aliter ju-
dicandi, vel interpretandi ex aliis al-
legatis.

Pro collatione & parochialium ecclæ-
siarum ab eadem Religione dependent-
ium; & sua dispositioni spectantium,
tenentur collatores personæ idoneas Or-
dinariis locorum, vel, si præceptoriae, à
quibus dependent, nullius diocesis exi-
stant, vicinioribus Episcopis ordinariis
ad examen præsentare, que examina
gratis, & absque aliqua impensa fieri
debent, à quibus examinati, & idonei re-
perti, collatores ejusdem ordinis easdem
parochiales conferre possunt, ut in ea
Bull. Pii V. cap. 139, incipit. expicit.
cir. med. & instab. c. priores. de com.

Vterius & Priores, Bajulivi, Castella-
nus emporie, commendatarii, milites,
fratres, personæ, vasalli, membra, loca,
& bona quæcunque ejusdem ordinis, sunt
exempta à quorumcunque locorum,
tam laicorum, quam Ecclesiasticorum
Ordinariorum jurisdictione, ita quod ra-
tione delicti, vel contractus, aut rei, de
qua agitur, ubicunque committatur de-

lictum, ineatur contractus, & res ipsæ
consistat, etiam si ex adverso aliqui cleri-
ci seculares, vel regulares, aut laici exi-
stant, sub plenaria, & omnia modis, etiam
meri & misti Imperii jurisdictione, & &
superioritate Magni Magistri, & conven-
tus existunt, ut in ea, Bull. Pii IV. pagi-
na 663. circa princ. pag. 665. & pag. 671.
circa fin. vers. necnon causas, & propterea
in commendatarios fratres, & personas
ejusdem ordinis, etiam gladii, & depo-
nendi facultatem, quam in delinquentes
illos habitu, commendis, & vita privan-
do habent, possunt exercere, ut in stab.
ejusdem ordinis. cap. indignum. cap. falsarij.
cap. frater. cap. qui prodiarie, cap. si fra-
ter, cum plur. seq. de pœn. & cap. habitu pri-
vatus. de verbis significat. In mero au-
tem & mixto imperio cum omnimoda
jurisdictione consistit gladii potestas ani-
madvertendi in facinorosos, & quam-
cumque jurisdictionem exercendi. I. im-
perium, & ibi gloss. in ver. mixtum, & Baro-
num. 8. Bald. num. 3. Paul. de Castr. num.
5. & Jas. num. 8. ff de juridic. omn. jud.
10. & sententiæ per eosdem Magnum
Magistrum, & conventum latæ, omneq;
commissiones, & citationes, collationes
Bullæ, & omnia sorundem rescripta, à
nullis locorum, & terrarum dominis, et
iam Ducali, aut Regali auctoritate ful-
gentibus, expectato consensu libere exe-
qui possunt, ut in ea. Bull. pag. 672. in
princ. vers. & similiter.

Præterea & præfati Bajulivi, Priores
præceptores, & fratres possunt personas
in dignitate Ecclesiastica ubilibet consti-
tutas, & quoscunq; locorum Ordinarios,
& eorum vicarios, officiales, canonicos
metropolitanos, & cathedralium, aliarūq;

Ecclæ-
Se 3

